Trifolium *resupinatum*. Capitula florum turbinata, glabra. Corolla convolvitur semper, ut carinæ exacte versus centrum vergant, ut ut vexillum versus peripheriam. Calyx fructiger dorso gibbi elongatus, inflatus. In priori (T. tomentoso) corolla semiconvolvitur, adeo ut carina oblique centrum spectat, calyce semper albo, hirsuto.

Anthyllis *lotoides* caule procumbente, leguminibus parallelis erectis subarcuatis, calycis magnitudine.

Anthyllis *cornicina* caule procumbente, leguminibus ovatis obtusis deflexis.

Lotus *hirsuta*, flore albo. Ex Horto Phamacopæorum.

Lotus *Dorycnium*.

Hyoseris *Rhagadioloides*? vulgatissima Madriti in plateis.

Lapsana *stellata*.

Scorzonera *resedifolia*. Caulis procumbens adscendens. Folia caulina rara, lata, dentato sinuata.

Scorzonera *angustifolia* caule erecto, fol. subulatis strictis.

Cnicus *benedictus*, sponte in versuris agrorum.

Atractylis *cancellata*. Receptaculum tectum est paleis coalitis.

Xeranthemum *annuum* capitulis inapertis. *Hall. helv.* 709. 1. sed vix nisi varietas hortensis.

Filago *montana* floribus obtusis.

Cotula *aurea*.

Chrysanthemum pallidum minus, imisque foliis incisis, superioribus integris & capillaribus. *Barrel. ic.* 421. (imperfectum exemplar.)

Filago *pygmea*.

Viola *tricolor*, flore toto albo, in campis sub spartis.

Aristolochia *Pistolochia*, in subdepressis.

Carex *vulpina*, in collibus & marginibus agrorum.

Carex *arenaria*, in arena juxta fluviorum margines.

Carex *leporina* ex Retiro.

Poterium *Sanguisorba*.

Quercus, Ilex folio rotundiore modiceque sinuato. *C. B.*

Salix *purpurea*.

Ægilops *ovata*.

Osyris *alba*.

Chara *vulgaris* setis introrsum pinnatis.

Chara *flexilis* setis teretibus nudis. Fœtet plus antecedente.

Agrostis culmis inflexis, panicula spicata tereti.

Pani-